

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Ad Avdiendas Orationes Vltimas Qvorvndam Avditorvm  
Pvblicorvm D. XXIII. Apr. MDCCLXX. Hor. Pom. In  
Avditorio Pvblico Gymnasii Illvstris Habendas Decenter  
Invitat Et De Arte Oratoria Sobrie Adhibenda ...**

**Mauritii, Christoph**

**Carlsruhe, 1770**

**VD18 14221748**

[urn:nbn:de:bsz:31-116076](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116076)

O 62 A

56



062 A 56



9.)  
AD AVDIENDAS  
ORATIONES VLTIMAS

QVORVNDAM AVDITORVM PVBLICORVM

D. XXIII. APR. CIOIOCCCLXX. HOR. POM.

IN AVDITORIO PVBLICO

GYMNASII ILLVSTRIS  
HABENDAS

DECENTER INVITAT

ET

DE ARTE ORATORIA SOBRIE ADHIBENDA

PAVCA PRAEFATVR

CHRISTOPH. MAVRITII,

ELOQU. PROF.



---

CARLSRVHE,  
TYPIS MACKLOTTIANIS.

*Al. III 39 orig.*

(1770)

AK

AD AUDIENDAS  
ORATIONES VLTIMAS

GOVERNANDAM AUDITORVM PVBLCORVM

IN XYLII APR. CXCIGCCLXX. HOR. TOM.

IN AUDITORIIO PVBLCO

GYMNASII ILLVSTRIS

an 062 A 56

DE ARTE ORATIONIS SOBRIE ADHIBENDA

PAVCA PRÆBENTUR

CHRISTOPH. WAWRITII



CARLSRUHE  
TYPIS MACKLOTIANIS

+0





**T**ria sunt, quae ab oratore requiri solent: ut doceat, ut probet, ut moveat. Quum vero iam reliquarum doctrinarum magistri & doceant & asserta sua probent: tertia tantum pars oratori propria esse vulgo creditur, ut affectus moveat, & proinde dictionis venustate colorumque inductione animos auditorum vel ad appetendum vel ad averfandum flectat.

Nemini dubium est, quin maximi momenti hæc ars sit, quae in humanum genus, quod plerumque sensibus ducitur, mirum quantum imperium exercet; quo magis videndum, ne illa iniusto loco adhibeatur & vel ludibrium sibi, vel damnum aliis contrahat.



Adgressi sunt multi oratores, divinam hanc veritatem commendare, sed quonam verborum schemate? Ex Christo pro nobis vulnerato rubinos, ex corona ejus spinea rosas colligunt, in beatorum sedibus Elyfios campos et nescio quas Fortunatas insulas inveniunt; quid mirum, si vel religionis hostes eam ut ludicram contemptui habent, vel religiosi ipsi mollibus hisce dictis, tanquam inertiae pulvinaribus requiescunt, seriae veritatis & divinae sacrarum litterarum virtutis prorsus expertes. Sed non minus in profanis errat oratorum vulgus. Laudatur vir bonus, aliquo virtutis gradu insignis: et statim ita laudatur, ut omnes simul sumtae virtutes vno pallio contineri credas. Vituperatur malus, aliqua macula notabilis: et statim ita vituperatur, ut omnium scelerum libidinumque sentina in hoc vno confluxisse videatur. Explicite docent et examine demonstrant hic oratores, sed verba eorum tam vaga atque extra omnem limitem projecta deprehenduntur, ut nil nisi artem in dictionum lenociniis expromere voluisse videantur. Sed damnum hinc exoriens non parvi aestimandum est. Ultra modum enim laudatus omnes omnium virtutum numeros implevisse sibi videtur et caeterum torpore marcet: ultra modum autem vituperatus spem melioris vitae omnem abiicit et ferrea fronte omnium scelerum titulos gerit.



Longum foret, si incommoda ex artibus oratoriis male adhibitis nascentia amplius recensere velimus. Veniendum ad propositum est. Sunt nobis juvenes, qui apud nos eruditi litterarum stadium laudabiliter decurrerunt, rigorosum examen cum gloria sustinuerunt, et nunc in academias abituri orationibus latinis Musis nostris vale dicent.

I. ERNEST. HENR. SACHS, pastoris olim apud Eutingenses meritissimi filius, theologiae studiosus, quem non solum ingenii dexteritate, sed etiam parentis praematura morte abrepti amissione omnibus studiorum nutritoribus, de meliori commendamus, *de amplitudine scientiae theologiae* aget.

II. CHRISTIAN. GOTTLIEB SACHS, Viri celeberrimi, Consilarii ecclesiastici et Rectoris Gymnasii nostri dignissimus filius, theologiae itidem alumnus, ingenii elegantia et morum probitate maxime commendabilis, *insignem usum theologiae* praedicabit.

III. PHIL. RUDOLPH. STOESSER, Viri Consultissimi et Consilarii aulici filius, iurisprudentiae dicatus, et diligentia et ingenii alacritate probatus *dignitatem iurisprudentiae* ostendet.



His vero remanentium nomine abitum gratulabitur  
CHRISTOPH. FRID. WILHELM. HOFFMANN, Dürnenfis,  
posteaquam *dulcedinem litterarum* commendaverit.

Vos vero, ornatissimi iuvenes, iam academi-  
arum luce fruituri, bono cum Deo proficiscimini, vincite fortiter omnes  
vitiarum illecebras, persequimini feliciter studiorum vestrorum  
cursum et tum in ecclesiae, tum in patriae emolumentum cum  
gloria olim revertimini.


P. P. d. XXI. Apr. MDCCLXX.





s  
s  
e  
tt  
s  
s  
de  
be  
de  
er  
ur  
as  
en  
fer

BLB Karlsruhe



45 21986 9 031



